

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christian Woldenberg Christian Treptow

**Quaestio Iuris Controversa An Consensus Parentum In Nuptiis Liberorum De Iure  
Divino, Naturali, Gentium, Civili Et Canonico, De Necessitate An Honestate  
Requirendus?**

Rostochi[i]: Richelius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749370548>

Druck Freier  Zugang





K. K. - 2 (48.)





QVÆSTIO JURIS  
CONTROVERSA  
AN  
**CONSENSUS**  
**PARENTUM IN**  
**NUPTIIS LIBERORUM**  
**DE JURE DIVINO, NATURALI,**  
**GENTIUM, CIVILI ET CANO.**

NICO, DE NECESSITATE  
AN HONESTATE REQVI-

RENDUS?

Quam

Consensu Nobilissimi JCtorum  
Collegii, qvod est Rostochi,

PRÆSIDE

CHRISTIANO WOLDENBERGIO

Phil. J. U. D. & Prof. Juris Extraordin.

Privatum defendendam fuscipie

CHRISTIANUS Treptaw/

Regiomontanus Borussus.

• \* •

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senatus Typogr.  
ANNO M. DC. LIV.

l, 307,  
o - fin

42

ILLUSTRISSIMO AC CELSIS-  
SIMO PRINCIPI AC DOMINO,  
DOMINO  
**GUSTAVO**  
**ADOLPHO,**  
DUCI MECKELBURGI, PRIN-  
CIPI VANDALORUM, SVERINI ET  
RAZEBURGI; COMITI ITEM SVE-  
RINI, TERRARUM ROSTO-  
CHII ET STARGARDIÆ  
DTNASTÆ,

DOMINO SUO CLEMEN-  
TISSIMO

Cum voto felicissimi & diuturni  
regiminis, hanc Qvæstionem Juris

humillimè offert

CHRISTIANUS WOLDENBERG.

**M**irè hic digladiantur Dd. Est quod nobilis quæstio, ut vocatur à Rittershusio p. 1. c. 2. in pr. pag. 31. & gravus, teste Gerhardo in locis Theologis Tom. 7. n. 57. Interim nos eandem affirmamus de Jure Divino, Naturali, Gentium, Civili & Canonico, adt̄ne nullam in hac controversia inter Ius Civile & Canonicum differentiam approbemus. Parentum proinde consensum in liberorum nuptiis de necessitate requirendum esse de omni iure verum esse pronunciamus, & quidem in primis.

## I. JURE DIVINO.

**Q**VIA Lex divina à parentibus maritari, conjugarique; filios, filiasque injungit; utique conjugia liberorum voluntati parentum erunt alligata. Qvod ipsum divina conjugii institutio evidenter demonstrat vid. B. Luther. Gen. 2. Matthei 19. v. 6.

2. Qvò accedit divina jussio tum Generalis, tum Specialis. Generalis proponitur in quarto præcepto. Exod. 20. v. 12. HONORA PATREM TUUM, ET MATREM TUAM, qvod est lex immutanda. Et idem repetitur Deut. 5. v. 16, Matth. 15. v. 4. Ephes. 6. v. 2. Colof. 3. v. 20. ubi notanter additur, qvod filii debeant parentibus obedire καὶ μάτις, per omnia & in omnibus, qvæ liberi parentibus suis præstare tenentur. Specialis proponitur in omnibus illis scripturæ dictis, in qvibus parentibus dantur præcepta de li-

beris in matrimonio elocandis. *Exod. 34. v. 16.* Non accipies uxorem filii tuis de filiabus earum *Deut. 7. v. 3.* Filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo. *Jerem. 29. v. 6.* Date filiis vestris uxores, & filias vestras date viris. *Eccles. 7. vers. 27.* Trade, sive Eloca filiam tuam & perfeceris rem magnam, & viro sensato trade illam, adde tertium cap. *Syrac.* In quibus textibus parentibus præcepta dantur de liberis elocandis, ideoq; parentum consensus hoc in casu est necessarius. Frustrâ animaliâ D E U S hæc præcepisset si in filiorum esset arbitrio, uxores sibi sumere vel ducere.

3. Per textum in lib. *Judicium c. 21. v. 7.* ubi Israëlitæ dicunt: Omnes juravimus non capturos, seu elocaturos nos filias nostras Benjamitis in uxores. Ex hoc textu ait Osiander ibidem: Manifestum est, qvod in populo D E I non rata fuerint matrimonia, contra parentum voluntatem inita: alias enim Israelitarum filiæ potuissent sine parentum consensu nubere Benjamitis.

4. Per textum i. *Cor. 7. v. 36.* &c. Pater, quod vult, faciat, & v. 37. Qui judicaverit in corde suo servare virginem suam innuptam, is bene facit, & v. 38. Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit. Qui locus perspicue docet, Apostolum tribuere solis parentibus autoritatem contrahendarum nuptiarum, & negare liberis.

Quia *Prov. c. 1. v. 8.* & *c. 6. v. 20.* aliisq; in locis graviter præcipitur, liberos debere honorare parentes suos, iisq; obediens: & quidem in omnibus rebus. Qui autem sine parentum consensu accedit ad matrimonium, non honorat parentes, sed negligit & aspernatur eos, inq; se derivat non benedictionem, sed maledictionem eorum. His addé Juris divini decisionem. *Exodi 22. v. 26.* it. v. 17. *Deut. 22. v. 29.* *Num. 20. v. 4. 5. 6.*

Exempla in sacris occurunt quam plurima: Sic enim Mater Ismaelis Asar accipit, seu dat illi uxorem de terrâ Ægypti. *Gen. 21. v. 21.* Quamvis enim Ismael homo alioquin ferus & agrestis, secutus tamen est autoritatem matris in ducenda uxore, noverat enim hanc reverentiam liberos debere parentibus.

Sic nuptias contraxit Isaacus consensu patris sui Abrahami, & Rebeccæ filia consensu patris, *Gen. 24. v. 3.* Ita Jacobus consensu patris Isaci, *Gen. 28. v. 1.* Laban de filiâ suâ Rachæle dicit ad Jacobum: Melius

Melius est, ut tibi eam dem, quam alteri viro, Gen. 29. v. 19. Judas dedit uxorem primogenito suo Ger, Gen. 38. v. 7. adde Judic. 1. v. 12. & c. 12. v. 19. & c. 14. v. 3. Ubi Simson ad parentes dicit: Vidi mulierem in Thamnata, quam quæso, ut mihi accipiatis uxorem. Sic Angelus, seu Legatus Raphael divinus Tobiam ita alloquitur: Petre Raguel filiam Saram, & dabit tibi in uxorem, Tobie c. 6. v. 13. ac postea Tob. 8. v. 15. Raguel apprehendens dextram filie suæ, dextræ Tobie tradidit.

6. Addunt ali & hanc rationem: si votum aliquod factum DEO, ratum non est, contradicente patre, Num. 30. v. 56. Qvanto minus rata esse potest promissio, seu stipulatio homini facta, renuente patre, presertim in re tam magni momenti?

Obj. 1. Non obstat 1. qvod quidam illud ipsum exemplum Tobie opponunt & urgent, quasi ille inscio parente Tobia Seniore Saram acceperit uxorem. Nam 1. non exemplis sed legibus est judicandum, L. 13. C. de sentent. & interloc. omn. vid. Thomam de Thomasetta. reg. 110. Si exempla repugnant legibus. 2. Exemplum hoc omnino est speciale, nec mere humanum, sed angelicum. Tobias enim DEO rem omnem gubernante, & angelo mediante uxorem Saram duxit. Tob. c. 5. v. 27. & 28. Notandum 3. qvod Tobias junior facile suspicari potuerit, parentem suum conditionem hanc non repudiaturum, nec voluntati divinae per Angelum explicatae reluctatum esse. Qvo casu & jure civili filius uxorem ducere potest, cuius conditionem parentes non facile repudiatores conjicere potest. L. si filius u. in fin. ff. b. 1. Accedit denique, qvod parens noverat Saram ex consanguineis esse, e qvibus uxores secundum divinum mandatum erant accipienda.

2. Non obstat 2. exemplum Esavi, Gen. 26. Nam respondendum, exemplum hoc Esavi non probari sed reprehendi d. c. 26. v. ff. nali, ibi, ut est versio Germanica: Die machen beyde / Isaac vnd Rebbecca eisel Herzelein, plura vid. apud Gerhard. p. 7. n. 77.

### III. EX JURE NATURALI.

Liberos qvocque parentum suorum consensum hoc jure adhibere debere, sic firmo: *int̄ copia p̄p̄b̄o* C. 1. v. 1. *int̄ copia p̄p̄b̄o* C. 1. v. 1.

A 3

1. Per

l, 307,  
o — fio

1. Per princ. 7. de Nuptijs ubi duplex ratio notanda. Ibi: Nam  
hoc fieri debere, & Civilis & Naturalis ratio svader. Qvod autem  
naturæ est, illud immutabile est. Qvæ verò sit illa naturalis ratio  
non admodum expeditum est. vid. Riemer. Decad. 2. illust. quæstio q. 3.  
Probabile est, qvicqvid alii subtiliter magis, qvam vere disputant:  
Imperatorem ad Legem Naturæ respexisse, qvæ svader, imò jubet, ue  
honorem, pietatem, reverentiam, & obedientiam dulcissimis pa  
rentibus nostris (qvos ita venerata est antiquitas, ut Deos appellare  
eos non dubitaverit Videatur Cypreus de Sponsa c. 6. §. 1. n. 4.) omni  
bus in actibus præstemus, utpote qvi tanto labore & sudore ad pro  
vectiorem ætatem nos educarunt. L. 2. ff. de f. & f. L. parentes 6. ibi:  
Una est omnibus parentibus servanda reverentia. ff. de injus vocand. L.  
1. §. 2. ibi: Matrem aut Parrem, qvos venerari oportet, & L. liberto.  
9. ibi: Filio semper honesta & sancta persona patris videri debet, ff. de  
Obseq. parent. & patron. præstand. L. liberi 28. ibi: Qvod obse  
quium debitum jugiter prout ipsius naturæ religio flagitabat, parenti  
bus adhibuerint, C. de Inoffic. test. am. L. 2. ibi: cum naturali ratione  
honor hujusmodi personis debeatur. C. de in jus vocand.  
2. Qvia plerumque pietas paterni nominis consilium pro li  
beris capit, L. 22. §. 4. D. L. Jul. de adulter. L. si pater 4. C. de Sponsa L.  
ibidem 8. §. 3. & §. fin. ff. quod met. causa L. 220. §. 3. ff. d. V. S. L. pen. ff.  
de bon. libert. L. 7. §. 1. ff. Unde lib.  
3. Qvia in genere naturæ obligamus ad au[n]d[er]weg. L. sed et si 25.  
§. consuluit 11. ff. de hered. petit: Sed liberi à parentibus accipiunt be  
neficia maxima, vitam, educationem, institutionem, alimenta, facul  
tates, honores &c. E. naturaliter iis ad au[n]d[er]weg & gratitudinem  
sunt obstricti. Hic autem animus gratus non declarabitur à liberis,  
sine tamen honoris parentibus tribuant, ut consensum eorum in  
contrahendo matrimonio requirant. non invadit solum quoniam  
4. Qvia Lex naturæ summa & prima est: Qvod Tibi non  
vis fieri, alteri ne facias. Matth. 7. v. 12. Nullum ex se autem  
est dubium, qyin liberi ægræ sint laturi, si ii, qvos ex se forte sint pro  
creaturi, sine suo consensu matrimonium contrahant: idem ergo  
qvod sibi fieri & evenire nolint, alii etiam præsertim parentibus non  
faciant, argumento L. 1. D. Qvod quisque juri: omni illi, et d[omi]n[ic]i  
5. Facit

5. Facit huc sententia Aristotelis §. Ethic. c. n. & l. i. Polit. c. 8.  
dēx̄n̄r̄ m̄t̄n̄ īw̄r̄. Naturæ legi liberi imperio parentum subditæ  
esse tenentur.

6. Eō collimant denique *J. Celsus Ulpianus in L. pronunciatio 105.*  
*¶ de V.S.* Sub patris potestate filios familiæ esse natura. Et Imp.  
in L. 10. C. de Adoption. Jura patriæ naturalis nexus divino esse co-  
pulata.

Objicitur 1. *L. filius 25. ff. de R. N.* ubi filius emancipatus etiam  
sine consensu patris uxorem duçere potest: cum tamen emancipa-  
tus etiam ex lege naturæ pietatem, obedientiam, honorem & rever-  
entiam patri debeat, d. L. 6. ff. de ius vocand. ibi: omnibus parenti-  
bus: *L. nullum 10. ff. de obsequiis parent.* & patr. præst. Respondeo.  
Emancipatus tacitam à patre potestatem habet, & ita semper volun-  
tate patris nuptias contrahere censetur. *Gotbofr. add. L. 25. lit. G. v.*  
sit sentio. Dum enim pater filium emancipat, & ex sacris dimittit,  
eo ipso assensum ei præbet, ad omnia omnino negotia expedienda,  
quibus patria potestas fuerat impedimento, adeoq; & in nuptias ejus  
consensisse videtur. Hodie rem æstimando ex jure divino, nulla  
disponenda est hoc casu differentia inter liberos, propter quartum  
præceptum, quā D E U S, nullà habitâ causâ emancipationis parentes  
à liberis honore affici jubet, qvod prolixius tradit *Monner. tr. de ma-*  
*trim. part. 3. c. 6. n. 5. & seqq.*

2. Non obstat qvod patria potestas non sit juris naturalis, sed  
civilis, §. 2. *J. de patr. potest:* ibi: proprium & civium Romanorum,  
*L. 3. ff. de his qui sui vel alien. jur.* Respondeo: Sic se res habet; pa-  
tria potestas descendit à naturâ, sive naturali jure, seu patria potestas  
in genere quidem considerata est juris naturalis: sed determinatio  
formalis, est juris civilis. Non igitur obstat §. 2. *J. de PP.* Licet enim  
proprium quidem jus illud civium Romanorum sit, non tamen pro-  
inde aliis incognitum gentibus, ipsiq; naturæ.

### III. EX JURE GENTIUM.

**S**equentia probant absq; consensu & autoritate parentum liberis  
nunquam permisum fuisse nuptias contrahere. Sic i. puella  
*Hermione in Andromacha Euripidis procum suum Oresten sic allo-*  
*qvitur:*

l. 307,  
— fio

qvitur: Νυμφλημάτων τὸ εἶμον ὁ πατὴρ εἶμός μέριμνας εἴδε, οὐκ  
εἶμον καὶ νεανία πάθε. i. e. Sponsaliorum pater meus curam habebit,  
hoc enim dijudicare meum non est. Qvod Ethnici ex Euripide testi-  
monium à D. Ambrosio adducitur in can. honorantur 13. causa 32. q. 2.  
*Naumachius apud Stobaeum Serm. 74.*

"Ἐσώ συνίστης χτεῖς. οὐ αὐτὸν καὶ νεανίωσι θεῆς.

2. Achilles apud Homerum 9. Iliados non vult sine patris con-  
sensu Regis filiam uxorem ducere hinc ait: Πελεύς pater mihi uxo-  
rem desponebit ipse.

3. Hinc tertio Catullus in Epithalamio inquit:

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,

Tertia pars matri data, pars data tertia patri

Tertia Sola tua est,

4. Sic & quarto apud Apuleium Venus contendit, non esse  
legitimias nuptias inter Cupidinem & Psythen, qvod illa clam & sine  
testibus, nec patre consentiente initæ essent. Plura exempla vid. apud  
Terent. in And. Act. 5. sc. 3. & in Phormione. Act. 2. sc. 1. apud Plautum  
in Stichō uti recenset Gerhard. d. Tom. 7. n. 64. circa fin. adde Cypraeum  
de Sponsalibus c. 6. §. 6. n. 2. & seqq.

#### IV. EX JURE CIVILI.

**H**oc jure nequaquam liberi absqve parentum consensu nuptias  
contrahere possunt, i. per text. in pr. f. b. t. ibi: consensum ha-  
beant parentum, qvorum in potestate sunt L. 2. ibi: consenti-  
ant omnes, qvi coeunt, qvorumqve in potestate sunt & L. nuptie 18.  
ff. b. t. L. Paulus 11. ff. de Stat. hom. L. si ut proponis 7. L. nec filium 12.  
C. b. t. L. 5. C. de repudijs. L. un. §. 1. in fin. C. de raptu Virginum, ver-  
sculo oportet: ibi: Secundū nostras leges, &c (qvod notandum) an-  
tiqvam consuetudinem parentes, vel alios, qvos decet, perat, ut cum  
eorum voluntate fiat legitimū conjugium, adde Nov. 22. c. 19.

2. Secundò est ratio propter patriæ potestatis vinculum, qvo  
filius familias ligatus tenetur. Velle enim non creditur, qvi obsequi-  
tur imperio patris. L. 4. ff. de R. f. Hoc igitur Imperium, seu po-  
testas patria facit, ut filius familias sine patre nihil ferme possit. Eo ipso  
enim,

l, 307,  
o — f<sup>o</sup>

enim, quia in sacris est positus (unde hoc jus quæsicutum patribus) veram suam libertatem non habet. Ideo etiam non sibi sed patri acquirit. L. 2. C. de patr. pot. §. 1. I. per quas person. cuig. acquir. Non potest contra alium in judicio sine patris consensu stare. L. cum non solum 8. in fin. princ. C. de bon. quælib. Non potest obligari sine patris consensu. L. 1. & tt. ff. de Sc. Macedon. Non mortis causa donare. L. 25. §. 1. ff. de mortis causa donat. Ita nec matrimonium contrahere potest, absqve patris voluntate. Qvocirca ut velle videatur, patris consensus reqviritur.

3. Est & hæc tertio principialis ratio: Ne invito suus heres agnascatur. Nepos enim ex filio nasciturus, avo futurus est suus, & filio premortuo, illum avus instituere necessum habet. Ergo ne cui invito suus heres agnascatur, lex paternum consensum nuptiis à filios familias contrahendis efflagitat. §. sed si quis 7. I. de Adoption. L. in bello 12. §. medio 3. ff. de captiv. & postlimin. revers. L. oratione 16. §. 1. ff. b. t. L. cum nepos 6 ff. de Adoption. Ubi dicitur, qvod adoptio fieri nequeat ab avo, nisi filius quoqve consentiat, ne scilicet invito hæres suus agnascatur.

4. Accedit quartò, qvod liberi quasi furtum committant, dum se patriæ potestati clanculum subducunt: qvod quantâ parentes injuriâ & contumeliâ afficiat, & qvâm nefandâ cum ingratitudine sit coniunctum, verbis satis exprime nequit. Qvod pluribus eleganter declarat Donellus lib. 13. Commentar. c. 10.

5. Facit quintò, qvod nulla ex consensu paterno filiis vel iniuria vel damnum emergere possit. Nam si ultra 25. annum filiam de sponsare pater differat, tunc liberè filia sibi maritum eligere potest. Nov. 15. c. 3. §. 11. Intra 25. annos verò siborum virum naicta fuerit, eiq; genere & moribus æqualem Judicis officium implorare potest, qui vel patrem ad id etiam nolentem adigit, vel illam congruo modo dotandam curabit. L. capite 19 ff. b. t. & L. 18. C. b. t.

6. Denique sexto filio non licet alienare bona in qvibus pater habet usum fructum. L. fin. §. filius. C. de bon. quæ lib. E. multò minus sine voluntate & consensu patris ei licebit corpus suum alienare per regulam: Cui non licet, qvod minus, nec licebit qvod plus est. cap. cum illorum 32. §. 2. X. de sentent. excommunicat: Plures & insignes rationes

B

rationes

LIPIS JOHANNIS ALII, ACQU. 1 YPOGE.

rationes affert Oldendorpius hic olim Syndicus & Professor Gryphis-  
waldiae classe quartâ actione 26. Rubricæ defensiones rei conventi n. 6. p.  
454. quas paucis hic repeterem licet. Communis sensus, inquit, per  
experientiam omnium rerum magistrum ostendit, æquum non esse  
ut liberis permittatur solum arbitrium consentendi in matrimonii-  
um, parentibus invitatis. Nam 1. Adolescentes dolo & fraude cir-  
cumventi sæpe contraherent indignas nuptias, sæpe cœco impetu in-  
honestas. 2. Acerbum & contumeliosum esset parentibus affici in-  
juria à liberis, imò & ipsorum jaetura autoritatem suam conte-  
mnen. 3. Ex istâ levitate contrahendarum nuptiarum sæpe sequi  
solent divortia, adulteria, incertitudo prolium. 4. Non constaret  
sub tali incertitudine ulla liberorum honesta educatio, replerentur  
Respublicæ malis hominibus, corrumperetur paulatim tota societas  
Politica. 5. Sic multii propter concubitum magis, qvam propter  
perpetuas nuptias contraherent, nulla autem dubitatio est tale matri-  
monium non censeri sacrosanctum. Haec tenus Oldendorpius.  
Addo ego 6. Experientiam docere, plerumque infusa esse hæc ma-  
trimonia non ex parentum voto inita, ut pertractat Richterius in Axio-  
mat: Oeon: axiom: 59. Et hæc decisio procedat, etiam si filius fami-  
lias miles sit. L. 35. ff. b. t.

Obj. 1. L. Titia 134. ff. de V. O. ubi dicitur: Qvod matrimonia  
debeant esse libera. Respondeo 1. ex §. 1. j. de jur: person: Liber-  
tas est quidem naturalis facultas faciendi, qvodlibet: sed hac condi-  
tione: nisi si quid vi aut jure prohibeatur. E. Libertas illa non ex-  
cludit consensum parentum; hic enim jure reqviritur. 2. Matri-  
monia debent esse libera, i. e. non sunt ab inicio pœnis astringenda  
D. L. 134. ibi: Vinculo pœnae Videatur Observatio Præctica Finckelbu-  
sii Praeceptoris mei 42 n. 25. 3. Debent esse libera, scilicet à metu, qui  
in hominem cadit constantem. L. metum 6. ff. Qvod met: causâ. cap.  
veniens 15. & c. consultationi 28. de Sponsal. Si igitur pater violenter  
cogeret filium nolentem ducere uxorem, impediretur libertas ma-  
trimoniorum. Et eo casu rectè dicimus id fieri non debere, cum  
libertas matrimonii impediatur. d. l. Titia. L. non cogitur 21. ff. b. t. e.  
cum locum 14. X. de Sponsal.

Objic-

1, 307,  
5 — fio

Objicitur 2. L. 1. §. fin. ff. de lib. exhibendis, ubi dicitur: quod bene concordantia matrimonia jure patriæ potestatis non sint turba- da. Resp. JCtus Ulpianus in d. L. 1. de matrimonio loquitur non contrahendo, sed jam legitimè contracto, alias non poneret honestum matrimonii nomen: huic si pater ab initio consensit, postea nullam ob causam dissolvere potest, acerbè patriam potestatem exer- cendo, ut id L. 1. §. fin. explicatur in L. 5. C. de Repud.

Objicitur 3. in definitione nuptiarum non sit mentio consensus paterni. L. 1. ff. b. t. §. 1. J. b. t. Resp. Tacite hic includitur consensus paternus sub verbo conjunctionis, quod habetur in d. l. 1. §. 1. Non tantum enim corporum, sed animorum conjunctio, & quidem legitima intelligitur. Nulla autem est corporum vel animorum conjunctio legitima nisi consensus eorum qui contrahunt, quorumque in potestate sunt, accedat. L. 2. §. 18. ff. b. t. c. 5. X. de bigamis.

Objicitur 4. Matri eadem quæ Patri reverentia præstanta est. L. 2. D. de J. & J. Sed matris consensus non requiritur E. nec patris. Resp. ex L. furioso 4. ff. de Curat. furioso dand. quod et si inæqualis sit parentum potestas æqua tamen iis debeat pietas: matris igitur consensus jure civili respectu potestatis quidem non requiritur, respe- ctu autem naturalis reverentia de quæ hic non agimus, utriusque assensus exigendus est. Insto: sed & Matri consensus Jure Civili videretur necessarius. L. in conjunctione 20. C. b. t. Resp. Licet leges non præcipiant ut Matri consensus adhibeatur: id tamen non prohibent, sed potius videntur svadere: quædam enim leges non quidem præcipiunt, hominem tamen ipsis naturæ stimulis excitant. L. 147. ff. de R. J. Qvia itaque in d. l. 20. qvia Patris auxilio destitueba- tur, hoc casu etiam Matri consensus adhibendus est, non quidem respe- ctu potestatis, sed respectu reverentia naturalis, qvia naturale est parentibus obedire. d. L. 2. ff. de J. & J. Et qvia non tantum quod licet, sed etiam quod honestum est semper in conjunctionibus sit spe- standum d. l. semper 197. ff. de R. I.

Quinto objicitur. Filius familias in publicis causis habetur pro patrefamilias. L. 9. D. de his qui sui vel alien. jur. Sed matrimonium est juris publici. L. 1. ibi: publicè interest. D. soluto matrimon. E. Resp. Per causas publicas intelliguntur officia publica i. e. Magistratus, Tu- B 2 tela

Typis JOHANNIS ALII, AGRI. Typogr.

tela &c. d. l. 9. in fin. In iis filius familias est loco patris familias L. 13.  
§. fin. L. 14. ff. ad Sc. Trebellian. Matrimonium autem officium publicum non est.

Objicitur sextò. Filius & pater sunt una persona. L. fin. C. de Imp. substitut. Resp. Ibi dicitur, qvod ferē sint: non igitur per omnia sunt una persona naturaliter loquendo. Qvoad certos autem casus civilis acquisitionis, qvalis etiam est in d. l. fin. tunc pro unā personā pater & filius habentur. Alia habet & contra juris Civilis decisionem disputat Anton. Gribertus Costan. lib. 1. quæst. 12. & in tract. de Sponsal. Sed ea non magis ad rem faciunt, qvām ut dici solet, cūpressus ad naufragium: & satis refutatur Costanus à Ioh. Borcholtens. in tract. de gradib. p. 45. & seqq. recteque censet elegantissimus Jureconsultus Albericus Gentilis lib. 4. de Nupt. c. 3. ridiculum esse Costanum in totā illā disputatione, & argumenta ejus esse ridicula, eo qvod tam manifestis juris Civilis locis opponantur. Nam ut Beza de divorciis p. 78. loquitur. Leges civiles de necessitate paterni consensus notiores sunt, qvām ut ignorari, clariores, qvām ut obscurari, sanctiores, qvām ut jure aboleri possint.

#### IV. EX JURE CANONICO.

Majore nunc exoritur disputatio. Existimo verò itidem parentum consensum in nuptiis liberorum non ex honestate solummodo, sed & ex necessitate reqviri, idq; probant alii, inde 1. Qvod antiquiores canones, uti apparet in can. aliter i. caus. 30. q. 51. ubi Papa Evaristus ait: non aliter legitimū matrimonium esse, nisi uxor à parentibus petatur, qui super fœminam dominationem habent. Verba non aliter important conditionem matrimonii legitimi. E. nisi ea adsit matrimonium non erit legitimū: hæc enim est natura, hic effectus hujus dictioñis, non aliter, ut inducat formam, & resolvat dispositionem in quā ponitur, si forma servata non fuerit. Möller. lib. 1. semestr. 47. cap. n. 12. imo inducat præciliam necessitatem. Barbosa de clausulis Clauſ. 81. n. 4. & 8. Hic autem Canon Evaristi tanto illustrior est, quanto antiquior & temporibus Apostolorum vicinior. Edita enim dicitur constitutio ista Evaristi circa Annū Christi 100.

Sed

Sed & secundo Papa Leo hoc negotium paterno committit arbitrio in can. non omnis 12. causa 32. q. 2. s. paterno. Ubi Gratianus addit: Hisce verbis Papæ Leonis intelligi, qvod paternus consensus consideretur in nuptiis, nec sine eo legitimæ nuptia habeantur.

Sic porro tertio Nicolaus Papa eleganter ait, in can. nosmtes 3. causa 30. q. 5. Fœdera nuptialia, consensu eorum qui hæc contrahunt, & quorum in potestate sunt celebrari debere, & notandum, qvod Pontifex hoc in casu utatur legibus civilibus, earumq; verbis: totus enim hic canon desumptus est ex l. 2. ff. de R. N. ut ipsa verba innuant &c. sed lex civilis omnino consensum exigit paternum E.

Idem statuit 4. D. Ambrosius in can. honorantur 13. causa 32. quæst. 2. ubi exp̄rēs p̄cipit ut puella judicium exspectet parentum, cum non sit virginalis pudoris eligere maritum.

Est & 5. ex recentioribus capitulis notandus textus in cap. videtur 3. extra qui matrimonium accusare possint. ubi Papa Clemens 3. adeo requirit consensum parentum, ut si illum non adhibuerint, matrimonium sit secundum leges nullum.

Nec dissentit 6. Pp. Honorius in cap. 1. de despōnatione impuberum ubi paternum adducit officium.

Confirmantur hæc decreta, & Pontificum quorundam decisiones etiam à quibusdam conciliis.

Sic namq; 7. Concilium Arlatense jussit, ne virgines extra voluntatem parentum cogantur accipere maritos. in cap. vidua 38. caus. 27. q. 1.

Qvod g. iisdem ferè verbis proponit & decidit Concilium Tolitanum in cap. hoc sanctum 6. caus. 32. quæst. 2.

Et approbat 9. Concilium Meldense in cap. se autem 10. caus. 36. q. 2. ibi parentibus legaliter restituuntur & ibi legitimo i. e. parentum & ex utriusque partibus placito conjugio socientur.

Nec alienum est 10. Concilium Carthaginense in cap. Sponsus 5. caus. 30. q. 5.

Denique 11. Concilium Aurelianense in cap. de mptoribus 3. caus. 36. q. 1. ibi: potestati patris excusata reddatur.

Denique facit: quemadmodum Imp. Ias. constitutiones submittit juri divino l. 1. C. de summa Trinitate. Sic canones non debent

B 3

dedignari

, 307,  
— f<sup>o</sup>

Typis JOHANNIS ALII, ACU. Typogr.

dedignari Sacram Scripturam imitati, ex qua illos dicunt esse de-  
sumptos cap. fin. extra secundis nuptijs. Ex jure autem divino con-  
stat consensum parentum reqviri necessariò E. Sed videamus re-  
centiora decreta Pontificum ut & alia, nec non rationes dissentienti-  
um: ex qvibus tamen decretis vix unum reperitur, qvod multum  
ad rem pertineat, si qvis ea absqve calumnia interpretari velit, secun-  
dum L. 24. ff. de I.L. c. Marcion. 64. cauf. 1. q. 1. Verba sunt Duaren-  
tis. soluto matrimonio. cap. quomodo nuptiae contrahantur 2. fol. 246.

Objicitur 1. Capit. Super eo 5. extra de conditionibus appositis: ubi  
conditio hæc approbatur, si pater consentiat. E. Si absqve illa con-  
ditione, Sponsalia filius contrahat, jure absqve consensu patris, ad  
consummandum matrimonium cogi potest, etiam patre dissentiente.

Respondeo 1. potius hoc ex d. c. s. arguitur necessarium esse pa-  
rentum coensem, cum enim naturalis ratio svadeat, qvam jus Ca-  
nonicum tuetur, ut liberi parentum suorum explorent consensum,  
§. 1. Inst. b. t. præsumuntur illi, qui sub ejusmodi conditio fidei-  
mant matrimonii, qvod ad naturalem rationem se conformare volue-  
rint, qvippe cum id facere præsumantur ad qvod natura ducimur.

Casus autem dicti cap. 5. talis est: qvidam puellæ fidem matri-  
monii promisit, sub hac conditio, si pater consentiet: Decidit  
Pp. conditionem hanc justam esse: non igitur est promissor ante  
conditionem existentem cogendus ad matrimonium contrahen-  
dum. E. aperte ibi definit Pp. parentum consensum in nuptiis libe-  
rorum esse necessarium: nam 1. conditio ista: si pater consense-  
rit eam habet vim, ut si pater non consentiat, nihil actum sit.

Secundò conditio ista ejusmodi est, qvæ ad matrimonium libe-  
rorum legitimè contrahendum semper est necessaria, & ipsi contra-  
ctui matrimoniali inhæret.

Tertiò qvia frustra qvis sub conditio consensus paterni Spon-  
sam ita stipularetur, nisi parentis consensus de necessitate requi-  
retur.

Taceo 4. qvod hoc argumentum in casu inducto sit desumptum  
à contrario sensu. Qvod locum non habet, quando aliud in jure ex-  
prese reperitur dispositum.

Objicitur

Objicitur 2. cap. 2. sufficiat caus. 27. q. 2. ubi dicitur quod sufficiat solus eorum consensus, de quorum conjunctionibus agitur.

Respondeatur 1. Ibi non tractatur de consensu parentum, an sit necessarius & an solus liberorum consensus sufficiat. Sed queritur: Si copula carnalis intervenerit, & cetera omnia sunt celebrata (puta sint solennitates quae pro more cujusque loci adhiberi solent & in usu sunt) an matrimonium absque consensu contrahentium contrahatur? & respondet Nicolaus Papa solus consensum sufficere contrahentium (& quasi causam effectivam esse matrimonii) nec vel ornamenta, vel solennia nuptiarum (quae recenset Paleottus in tract. de spurijs c. 5. n. 2.) vel copulam carnalem necessariam esse (cum haec non pertineant ad essentiam matrimonii). Non igitur particula: Solus: adiecta est ad excludendum consensum parentum, sed ad exclusionem concubitus, non secus ac quam de jure Civili quo nota est illa regula in l. nuptias 3o. de R. J. & l. 15. ff. de conditionibus & demonstrationibus, Nuptias nempe non concubitum, sed consensum facere, convenit cap. fin. extra de Sponsa duorum. Quocirca committitur in verbo solus fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter.

Secundo licet aperte nulla fiat mentio parentum, tamen iis verbis implicite & tacite satis includuntur, quando dicitur secundum leges, h. e. Civiles quae consensum parentum omnino desiderant. Nec est quod quidam hic regerunt: Pontificem per leges non intelligere jura Civilia, cum Papa se non subjiciat legibus Imperatoris Civilibus: Sed Canones Pontificios, quibus parentum consensus non requiratur: Nam licet Papa Canones suos legibus Civilibus secularibus non subjiciat, vult tamen ut Canones Sacri, leges imitentur seculares, cap. 1. de novi operis nunciatione. Unde in dubio non presumuntur Canones velle à legibus civilibus recedere, illisve contrariari: Siqvidem ut Hervetus ait: leges & canones sunt fratres ac sorores propter mutuam concordiam. Sed & sit ita per leges ibidem intelligi canones: tamen supra satis probatum est: in sacris canonibus parentum consensum non excludi, sed de necessitate potius desiderari.

Confirmantur haec tertio ex eo, quod dictus canon sufficiat auctorem laudat Nicolaum Papam: at idem Nicolaus alibi expressè consen-

1, 307,  
2 — f. 10

Lypis JOANNVS KILLI, AKA. Typogr.

consensum parentum exigit in d. capite nostrates 3. caus. 30. q. 5. Atque ita si Papa Nicolaus in d. cap. sufficiat i. e. consensum contrahentium sufficere, & parentum consensum excludere volueret, ipse sibi contrarius esset in cap. nostrates: quod neqvaquam presumendum.

Potest & quartò secundū nonnullos d. cap. sufficiat accipi de casu quando amplius nulli sunt parentes superstites, nulla enim parentum ibi sit mentio: Bocerus de matrim. in clas.

Objicitur tertio cap. 1. extra de desponsatione impuberum: ubi filii adulti consensus tantum est indagandus, non patris. Hic enim loco filii nondum adulti, & consentire non volentis potest contrahere ponendo spem in ratificatione filii, quando pervenerit ad justum tempus: Ita Sichardus ad l. 1. C. b. t. n. 4. in fin. Vivianus ad d. cap. 1. ubi addit: consensum patris tantum esse de honestate.

Respondeo principalis ibi quæstio tractatur, de consensu liborum non parentum, & disting: aut liberi sunt puberes aut impuberis: impuberis non possunt contrahere sponsalia, anni enim justi requiruntur i. e. ut fœmina annorum sit duodecim cap. fin. de desponsat. impuberum. Masculus vero ut habeat annum 14. cap. 3. extra dicto titulo. Impuberis itaque cum nondum pervenerint ad annos discretionis can. ubi 1. caus. 30. q. 2. & eorum voluntas adhuc discerni nequeat, ideo pater potest pro eo sponsalia contrahere, ponendo spem in ratificatione filii quando ad justam ætatem pervenerit. Puberes vero quia jam adepti sunt justam ætatem eorum voluntas requiritur vel tacite vel expresse cap. unico §. fin. de desponsat. impuberum in sexto. Interim tamen non excluditur consensus ipsius patris nec enim ibi excluditur. E. aliunde hoc supplendum. Imò in d. cap. in princip. adest patris consensus ibi pater vult. Et tantum filius nondum vult, ibi sine voluntate filii. Ubi itaque non est contrahentium consensus ibi nec conjugium d. can. ubi 1. caus. 30. q. 2. Sic etiam jure civili invititus filius cogi nequit l. 12. C. de nuptijs.

Objicitur quartò cap. per tuas 6. extra de conditionibus appositis. Ubi matrimonium sub conditione contractum, si pater consenserit copula carnali ante consensum ejus accedente, non debet rescindi. Respondent quidam i. ideo matrimonium contractum non esse dirimentum,

mendum, non quod per se absque consensu parentum firmum fuerit, sed quia concubitu consummatum est.

Multa autem impediunt matrimonii contrahendum, quae jam contractum & consummatum utilitatis publicae causa non dissolvunt cap. veniens 13. extra de sponsalibus. Respond. 2. & forte verius: Pater ibi absque dubio scivit matrimonium fuisse contractum, nunquam contradixit cum adhuc fuit res integra: Intelligitur enim pater consentire, nisi evidenter dissentiat, l. 7. in fin. ff. de sponsalibus. Hinc dicitur in d. cap. 6. in fine non fuisse probatum, quod antequam ipse cognovisset eandem, pater ejus contradixerit.

Objicitur quinto cap. cum caput 23. extra de sponsalibus. ubi etiam ad matrimonium sufficit solus consensus illorum de quorum conjunctionibus agitur.

Respondeo 1. author d. cap. 23. est Innocentius tertius. Hic se declarat in cap. tua 25. extra eodem qualem requirat, consensum, scil. legitimum, ibi per legitimum viri & mulieris consensum. Legimus autem non est consensus nisi & paternus interveniat d. c. i. caus. 30. q. s. Resp. 2. Intellectus d. cap. 23. hic est: Quæritur an surdus & mutus possint contrahere matrimonium? Ratio dubitandi est. Mutus verba exprimere nequit: Surdus ea exaudire nequit. Et responderet Papa Innocentius 3. quod omnino contrahere possint matrimonium. Ratio decidendi est prima, non reperiuntur prohibiti. E. 2. Quia hæc vitia linguae & aurium matrimonio nihil obesse possunt. Cum solus consensus sufficiat, qui non tantum verbis, sed etiam alio modo à surdis & mutis potest exprimi, puta signis d. cap. 25. extra de sponsalibus. Atque ita verbum SOLUS ibidem non ad removendum consensum parentum, sed ad verborum necessitatem, stipulationes, dotalia instrumenta, pompam, aliasq; solennitatem excludendam, tanquam non necessariam spectant. Non enim appetit quæsumus fuisse de muto & surdo in patria potestate constituto, ad de Scip. Gentilem lib. 4. de nupijs.

Objicitur sexto c. tua fraternitati 25. extra de sponsalibus. Respondetur ibi parentum consensus satis exprimitur, dum legitimum consensum Pontifex requirit. Consensus enim viri & mulieris

C tum

l. 307,  
5 — fin.

Typis JOHANNIS ALII, Actu. Typogr.

tum demum est legitimus, quando adhibetur consensus parentum.  
l. nec filium 12. C. b. t.

Objicitur septimò cap. hoc sanctum 16. caus 32. q. 2. ibi: Viduæ nubant quos proprià voluntate elegent maritos. Resp. inde recte non colligitur, à proprià voluntate ad excludendum consensum parentum: Qvod ex eo patet, quia idem de Virginibus sentiendum esse subjicitur, easq; ex voluntate parentum non COGI maritos accipere. Qvo circa verba propria voluntate non opponuntur voluntati parentum, sed violentiæ, coactioni, ex l. 12. C. de nuptijs. Qvod innuit verbum cogantur.

Objicitur octavò cap. veniens 13. extra sponsalibus. Respondeatur: Ibi patris injusta fuit contradic̄tio, quia non debet pater matrimonium, quod per carnalem copulam est consummatum, & publice in facie & conspectu Ecclesie contractum est, conturbare: Procul dubio namque ab initio pater consensit, quod verisimile fit ex eō, quia pater non prætendit se ab initio dissensisse, sed tantum filiam alii fuisse desponsatam. Qvod & juri Civili convenit. Nam & illo jure matrimonium cui antea parens non contradixit, postea contradicendo non potest dissolvi l. 5. fin ff. de lib. exhibendis.

Objicitur nonò cap. i. de conjugiis servorum, ex quo textu Canisius sic argumentatur. Quemadmodum in matrimonio servi, repugnante & invito Domino inito, nihilominus verum est matrimonium: ita & matrimonium filiarum repugnante licet patre non infirmatur. Canisius in summa juris Canonici lib. 2. tit. 10. §. de consensu fol. 155. Resp. i. Præsupponunt quidam in d. cap. i. servum requisivisse Domini consensum, propter herilem potestatem, sed Dominum contradixisse vehementer ibi contradicentibus & invitatis argumento can. fin. caus 29. q. 2. ibi: per voluntatem Dominorum in personam enim servilem nulla cadit obligatio l. in personam 22. de R. J. Imo verius puto 2. quod non ibi quaestio hæc tractetur. An servus absq; Domini sui consensu possit matrimonium contraherere: hoc enim ex prædictis & juris ratione satis appareat, sed potius an inter servos nuptiæ ratione status prohibeantur? Ratio dubitandi oritur ex jure Civili, hoc enim jure servi pro nullis habentur l. quod attinet 32. de R. J. ideo etiam conjunctio servorum non est matrimonium,

num; sed naturale nomen contubernii retinet a convictu nimirum  
& sodalitate, & proinde jure Civili tam inter servos quam inter ser-  
vum & liberam verum matrimonium non contrahitur l.3. C. de in-  
cestis nuptiis l.7. ff. de agnoscendis & alendis lib. l. populus 57. ff. de jure  
dotium. Ratio autem decidendi in jure Canonico est, quia matri-  
monium est juris divini institutum, & participat aliquid ex jure natu-  
rali, quo omnes homines & equales censentur. Ideo inter servos & an-  
cillas & quod justum est matrimonium atque inter homines plane libe-  
ros, modò Domino Jus servitutis permaneat illibatum, potest enim  
servus nihilominus Domino inservire, cum matrimonium & servi-  
tus simul & semel optimè stare possint argumento cap. ultimi 8. caus.  
29. q. 2. Taceo quod argumentum a servis ad filios familias hoc casu  
non procedat: cum inter Dominum & servum obligatio tantum  
sit Civilis, inter patrem & filium autem sit etiam obligatio naturalis.  
Aliter ad d. capitulum 1. responderet Rittershusius hoc tr. d. cap. 2. p. 37.  
illam constitutionem esse juris recentioris, cui merito, ait, oppone-  
mus alios antiquiores canones magis juri civili conformes.

Objicitur decimò, At jure Cano: libera debent esse matrimo-  
nia cap. requisivit 17. ibi: cum libera debeant esse matrimonia & cap.  
gemma 29. extra de sponsalibus, & cap. cum virum 12. extra de Regulari-  
bus. Resp. Dictum est supra 1. Quod libertas sit quidem facultas  
faciendi quodlibet: nisi vis vel jus obster. Hoc nostro casu jus il-  
lam libertatem restringit ad consensum parentum, & ita libertas  
consensum parentum non excludit, nec enim libertas matrimonii  
per consensum parentum impeditur. Sic enim & jure civili conju-  
gia debent esse libera l. 12. C. h. t. & tamen consensus patris jure Civili  
plane est necessarius. 2. Ita libera dicuntur matrimonia in d. ca-  
pitulis, ut videtur omnis metus, omnis violentia & coactio cap. cum  
locum 14. extra de sponsalibus, siquidem matrimonia coacta difficiles  
consueverint habere exitus d. cap. requisivit 17. illud ad d. cap. cum vi-  
rum 12. monendum, ibi non agitur de matrimonio contrahendo, sed  
de professione vita monastica. Haec favore religionis facit ut post-  
ponatur patria potestas & can. puella 2. caus. 20. q. 2. l. 56. S. 1. & 2. C. de  
Episcopis & Clericis.

l. 307,  
0 — fin

Insto undecimò ex d. t. cum locum tq. ut & capit. tno 25. extra de  
 sponsalibus, ubi matrimonium solo consensu, & in veritate per legitimum viri & mulieris consensum contrahi dicitur. Resp. 1. Et jure  
 Civili consensus & solus affectus nuptias facere dicitur. l. nuptias 30. de  
 R. J. L. cui fuerit 15. ff. de condit. & demonstrat. l. cum hic 32. §. si mulier  
 13. ff. de donat. inter virum & uxorem, eo ipso tamen patris consensus  
 non excluditur. Sic dicimus emptionem venditionem locat: con-  
 duct: solo consensu contrahi. Reliqua tamen substantialia non ex-  
 cludimus. 2. Consensus ibi opponitur violentiae & coactioni, qvæ  
 omnia sunt contraria consensui d. t. ff. quod metus causa. E. qvia matri-  
 monium solo ac nudo consensu contrahetur, facile auditurq; qvi di-  
 cit justum sibi obesse timorem. Licet autem matrimonium debatur  
 esse liberum & absq; vmero, non tamen ideo excluditur consensus  
 parentum, qvod probat l. nec filium 12. G. b. t. Hinc Diarenus tit. so-  
 luto matrimonio cap. 2. ait: Qvod de libertate matrimoniorum af-  
 fertur, adeò leve & frivolum est, ut response indignum videatur.

Objicitur daodecimò cap. cum causa penult. extra de raptoribus,  
 ubi matrimonium subsistit, licet parentes reclamarint. Resp. Varie  
 deliocapitulo 6. sentiunt interpretes, & plurimis negotiis facessit.  
 teste Bronchorst centur. 3. assert. vers. 3 p. 261.

Respondent qvidam, non ibi negare Papam parentum con-  
 sensum in nuptiis liberorum ab initio contrahiendis necessarium esse,  
 sed dicere matrimonium jam à raptore & abducte contractum,  
 non debere resolvi, maximè concubitu ussecuto, licet parentes ab  
 initio reclamarint. Conjugium enim absq; parentum consensu  
 initum firmatur per copulam supervenientem, præsertim Jure Canon.  
 c. veniens 15. extra de sponsalibus, c. per duas extra de condit. appos. Casus  
 itaq; d. c. cum causa hic erit: Quidam miles abduxit virginem con-  
 fidentem in matrimonio, parentibus reclamantibus & postea eam  
 cognovit. Qværitur an hic sit raptus, & an istud matrimonium sit  
 rescindendum. Papa Lucius negat. Raptam non videri. 1. Qvia  
 raptor habuerit mulieris consensum. 2. Prius eam desponsavit,  
 quam cognovit. 3. Qvia raptus iste non videtur qvidem esse sine  
 dolo, ab eo tamen sine levissimâ & injustâ causâ excusat raptorem, li-  
 cet autem parentes reclamarint, id tamen non operatur ut conjugia  
 bene

bene concordantia contra utilitatem publicam dissolvantur. Ad eoq; Pontifici Lucio dura vifa fuit hujus matrimonii dissolutio proper concubitum qui intervenerat.

Aliter secundò respondet *Donellus* 13. comment. 20. d. c. 6. agere de parentibus qui filiam raptam non habuerunt in potestate.

Aliter tertio *Oldendorpius* Clas. 4. act. 26. & *Duarenus* c. 2. soluto matrimonio qui d. c. 6. summae impietatis & iniqvitatis arguunt & damnant, qvibus novissimè accedit *Cyprius de sponsal.* §. 6 p. 181. ubi ait mihi satis æqua non videtur d. constit. in c. contraxit, qvamvis aliquam præ se ferat humanitatem.

Aliter deniqve quartò nonnulli censent parentes ibi non contradixisse conjugiis, sed tantum raptui & abductioni secundùm tit. qui non de nuptiarum firmitate, sed de raptu agit, qvæ interpretatio mihi præ aliis valde placet, casus hic est qvod in nuptiis qvidem consensus patris adfuit, in raptu autem defuerit, nam in d. c. 6. nihil agitur, sed tantum de raptu. Hic verus raptus ratione puella commis-sus non dicitur, qvia antea fuit sponsata, & tunc pater consensit: ratione vero patris dicitur rapuisse, qvia illô reclamante abduxit.

Objicitur 13. Concilium Tridentinum qvod in cap. 1. de reformatione matrimonij sessione 24. Anno 1584. referente Schleidano lib. 20. de Statu Religionis, qvod ita habet:

Sancta Synodus anathemate condemnat eos, qui existimant matrimonium à filiis fam. sine consensu parentum contractum, irritum esse & parentes infirmare posse.

Dic hic, par in parem non habet imperium 1. Ille à qvo 13. §. tempestivum 4. ff. ad SC. Trebell. l. 4. ff. de recept. arbit. Respon-deo 1. Oppono huic Concilio Tridentino antiquiora Concilia puta 1. Arelatense in c. vidua 37. caus. 27. quest. 1. 2. Toletanum Concil. hoc sanctum 16. c. 32. q. 2. 3. Meldense can. si autem 10. caus. 36. qu. 2. 4. Carthaginense can. de Raptoribus 3. caus. 36. quest. 1. itemq; decreta Evaristi, Leonis, Nicolai, Clementis tertii, Honorii Pontificum; ex qva collatione apparebit manifesta & qvidem scđissima contradictionis implicatio: cui ænigmati non Davus sed Oedipus fuerit adhibendus ut alibi ait *Rennemannus*.

C 3

Respon-

l, 307,  
o — f 10

Typis JOHANNIS KILLI, AACH. Typogr.

Respondeo 2. Si maximè vitio contradictionis & confusionis  
hæc Concilia & Decreta obnoxia non essent, contra jus tamen divi-  
num & contra honestas magistratum legitimorum constitutiones  
nullum robur haberent. Nam Concilia nihil possunt statuere con-  
tra jus divinum, sunt enim ad sacram scripturam alligata *Act. 1. 15. v.*  
15. Omnia siqvidem secundùm legem & testimonia sunt proban-  
da. *Esaie 8. v. 10. adde Cothmannum vol. 1. respn. 1. à num. 105.* Sed &  
qvæ bonis legibus publicis sunt constituta, qvamdiu non adversantur  
verbo Dei, Pontificum decretis infringi nequeunt cum ex præcepto:  
Omnis Anima & sic & ipsi Clerici potestati Politicæ sunt subjecti *ad*  
*Rom. 13. v. 1. & 2.* Vox itaque Covarruviae hic planè est intollerabilis  
audacter afferentis: Laicos Principes, imò suum Hispaniarum Re-  
gem non potuisse legibus cavere ut consensus parentum in nuptiis  
esser de necessitate flagitandus, & si quas leges hic tulisset, illas nul-  
las esse, cum hoc solius sit Pontificis *Covarruv. part. 2. cap. 3. §. 8. n.*  
6. & 7. Adde nonnulla alia contra hoc Concilium Tridentinum  
*apud Chemnitium parte 2. cap. 12. sessione 24. Heigium part. 1. q. 22. n. 22.*  
ubi numero 23. refert illud in Gallia non esse receptum, sed ab Henrico  
secundo Rege constitutum fuisse.

Objicitur 14. In spiritualibus non reqviritur patris consensus  
*cap. fin. § fin. de iudicijis in sexto. Canon. Puella 2. §. si vero caus. 20. q. 2.*  
*ibi: Si servire Deo elegerit, non est potestas parentibus prohibendi,*  
*sed matrimonium est res spiritualis, cap. debitum §. extim de hygamis*  
*non ordinandis cap. fin. extra de secundis Nuptiis.* Imo sacramentum  
esse dicitur expresse *Lancellotto in Institut. Jur. Can. lib. 2. tit. 9. §. 5.*  
merito.

Respondeo primò in genere. In spiritualibus seqvi debemus  
Canones, modo non pugnant cum honestate & utilitate publicâ, vel  
legibus divinis, si enim parentes impia imperent, tum in spirituali-  
bus patria potestas non attenditur, qvia verbum Dei, ac salus publica  
præferenda. Consensus autem parentum in matrimonio adhiben-  
do non est iniquus, sed maximè verbo Dei consentaneus neque utili-  
tati publicæ contrarius. 2. Resp. specialius: Qvod dicitur in spi-  
ritualibus non est attendenda voluntas parentum: id accipendum  
de illo qvod ad Ecclesiæ administrationem & jus publicum pertinet,  
& ita

l, 307,  
o — fin

& ita si in his patria potestas nobis aliquo modo esset impedimento: non autem de jure patris oeconomico & privato, ut in matrimoniali causa ubi nullum est impedimentum. Qvocirca non obstat d. cap. finale. §. finalis. de judiciis in sexto. Ibi enim illud tantum traditur, qvod filius familias, licet personam legitimam standi in judicio non habet, sitamen causas spirituales i. e. ad Ecclesiam, decimas & res spirituales pertinentes defendat cap. literas 2. extra de juramento caluniae, tum patris assensum non requirere debeat. Inde vero nulla generalis regula extrui potest qvoad omnia qvæ inter spiritualia referuntur: tum illud in favorem Ecclesiæ tantum sit constitutum, ut & hoc qvod juramentum caluniae in his causis non praestetur d. cap. literas 2. Inde distinctio hæc elicitur: Patris potestas in causis spiritualibus non attenditur, scil. qvando patris non admodum interest, sed Ecclesiæ potius, redditum Ecclesiasticorum, decimarum &c. secus si patris plurimum interest ut in elocandis liberis, ubi multis nominibus vertitur interesse patris 1. ad familia dignitatem l. 3. §. 5. ff. de honor. possessione contra tabulas. 2. Propter dotem, donationem propter nuptias, alimenta l. 20. §. 2. ff. fam. hercif. l. fin. C. de dotis promissione. 3. Ne contemptus ejus interveniat argumento l. 3. C. ne filius pro patre. Vid. lib 7. miscella. cap. 29. n. 5. Comisi.

Non obstat can. puella 2. §. si vero caus. 20. q. 2. nam illud speciale est favore religionis & vita sanctimonialis. Idq; probatur etiam jure civili: & qvidem non tantum ex illo generali axiomate qvod summa sit ratio qvæ facit pro religione l. sunt persona 43. in fin. ff. de religiosis & sumpt. funerum: Sed & specialiter ex l. Deo nobis 56. §. 1. & 2. C. de Episcopis & Clericis. Nam in d. §. 1. Imperator dicit se hæc per correctionem introducere: qvo testatur olim filium familias neq; nuptias contrahere, sine patris consensu potuisse neq; monasterium ingredi. Id autem in solo ingressu monasterii corrigit, ergo in matrimonio vult servari jus vetus. Qvocirca & in §. 2. id legis suæ beneficium appellat, unde satis constat, jus illud singulare esse, singulariq; ratione introductum. Idq; & jure Canonico obtinet d. can. puella §. si vero. Insuper ratio diversitatis inter religionem & nuptias est manifesta Religio quam filius eligit, semper videatur ac præsumitur justa ac sancta: in nuptiis saep̄ indigni indignæq; incon-

Typis JOHANNIS KLELLI, ACW. Typogr.

inconsulto patre eliguntur à liberis, præsertim à filiabus quæ etiam  
adversus propria solent laborare commoda, l. si pater 4. C. de sponsali-  
bus. Non obstat s. d. cap. debitum 5. extra debigamus &c. Resp.  
Distingendum inter matrimonium initiatum & consummatum.  
Nam Canonistæ communiter cum demum matrimonium vocant  
rem spirituale, quando carnali cohabitatione est consummatum  
d. cap. debitum 5. At verò nos quærimus de matrimonio non con-  
summato sed contrahendo: Qvod si jam consummatum sit tum  
propter utilitatem publicam amplius rescindi non deber: illud ta-  
men manet, antea patriam potestatem & legis præceptum læsum esse.  
Non obstat cap. finale de secundis nuptiis. Quia ibi nihil de sacra-  
mento, nihil de re spirituali: Denique sexto sciendum qvod matrimo-  
nium non sit sacramentum: ratio est quia non confert aliquam gra-  
tiam: commune etiam est Ethnicis & à Christiana religione alienis:  
sed est res planè Politica, licet à Deo instituta, sicut & Magistratus ad.  
*Rom. 13. Monnerus de matrim. part. 3. cap. 2.*

Non obstat 15. Distinctio communis Canonistarum: Consen-  
sum parentum non esse de necessitate, sed tantum de honestate i. e.  
honoris & quasi dicis gratia requiri, argumento legis non omne 144. de  
Reg. 7.

Resp. 1. Distinctio hæc, Rennemanno alibi teste, est insipida.  
Nec quicquam facit l. 144. Nam licitum ibidem, qvod opponitur  
honesto, est illud tantum qvod neque legibus neque moribus Civita-  
tis est prohibitum: qvod cum liceat, non tamen semper est hone-  
stum. E. C. si quis Concubinam habeat, jure Civili, vel si mulier  
vulgo quæstum faciat &c hæc legibus quidem prohibita non sunt, &  
licet: neutriquam tamen sunt honesta l. probrum 42. ff. d. V. S. Sed  
liberis parentum potestati subjectis, neglecta ipsorum autoritate, nu-  
prias adornare, legibus non tantum civilibus supra citatis, sed etiam  
jure Canonico textibus supra adductis graviter est interdictum, ideo  
hoc nostrum exemplum ad d. l. 144. d. R. 7. non quadrat.

Resp. 2. Hoc ipso qvod fatentur quidem interpretes hone-  
stum esse, ut adhibetur consensus parentum, non animadvertere vi-  
dentur, se statuere necessitatem, si quidem & honestatis necessitas est  
PROSAL

quædam necessitatis species. Et quæ major potest esse necessitas,  
quam ea, quæ jure divino firmatur.

3. Videtur hoc distinctionis hujus medium inter honestatem  
& necessitatem à Covarruvia & aliis Canonistis suæ ab illo ipso jure  
Canonico dissensiō sananda causā adhibitum fuisse. At verò re-  
lingvenda est hæc contradictio: Nemō enim non videt jus Pontifi-  
cum frena laxare indomitæ libidini, legum ac obseqviorum, quæ pa-  
rentibus præstanda, nexus dissolvere, parentes illudendi causam  
præbere, repugnula inobedientiæ aperire, latram nequitie viam sterne-  
re ut eleganter loquitur *Iustus Mejerus in Collegio Argentor.*

In primis annotandus & hoc referendus est locus *apud Molle-  
rum lib. i. se mest. cap. 47. n. 12. & 13.* qui sic bellè & eleganter ait:  
Mihi quidem Canonistæ dum in contrahendis matrimonii honesta-  
tem, cuius præ aliis Studiosi videri volunt, & esse meritò debebant, à  
necessitate se jungunt, non satis memores videntur esse ejus, quod  
dicitur, & quidem verissimè: Id demum nos posse, quod honestè  
possimus *l. filius 15. ff. de condit. Institutionum.* E. alterutrum conce-  
dendum; aut secundum canones etiam liberos absqve consensu pa-  
rentum matrimonia contrahere non posse, cum honestè non possint,  
ut ipsimet fatentur: aut canones si contrarium statuant, ut illi volunt,  
honestos non esse.

Tandem 16. non obstat distinctio quorundam inter canones  
antiquos & novos: quam imprimis defendit *Sutorius lib. 2. disputat.  
p. 106. ubi ait:* ita dilucide hoc caveri in Pontificum decretis, maxi-  
mè recentioribus. Et addit *ibid.* qui aliter sentiunt, tenebras soli  
offundere videntur. Nam omnes unam & eandem habent authori-  
tatem quatenus in corpore Canonico reperiuntur. Placet igitur  
magis antiquos & recentiores canones invicem conciliare, ut supra,  
prout opinor factum est, quam inter eos dissonantiam statuere.  
Quod & sentit *Heigius part. i. quæst. 22. n. 21. ubi ait:* recentiores  
canones commodiore interpretatione facile declinare possimus.  
Concludamus ergo cum *Chassaneo*: Mundum & cœlum & totam  
Mundi machinam literatorum contra nuptias absqve parentum con-  
sensu initas clamare in *Catalogo gloria mundi part. ubi consider. 35.* Ho-  
dierno jure, quo in reformatis nostris Ecclesiis utimur adjus divinum

D confor-

1, 307,  
0 — fin

Lypis J. H. M. A. R. 1850.

conformato, liberi in sponsalibus & matrimonii contrahendis parentum suorum consensum ritè quoque adhibere coguntur. Sic namque Sereniss. Elector Johan Georgius repetit hoc In der Eheordnung de Anno 1625. rub. von Ehegelöbnissen / vbi ait: Es sollen sich keine Kinder/ Söhne oder Töchter / was Alters sie sind / ohne Vorwissen vnd Einwilligung ihrer Eltern/ als des Vatens/ der Muttern / vnd da die nicht verhanden / des GroßVaters vnd der GroßMutter verloben / vnd wann gleich solches geschehe / soll ein solches Verlöbnis für heimlich gehalten vnd vor vnbündig erkannt/ auch die Personen in vnsren Länden nicht getraten werden.

Doctores pro hac quam hactenus defendi sententia sunt contentientes: Beust. de matrim. part. 2. cap. 45. Gerhardus in locis Theologicis tom. 7. à tb. 57. usque ad 86. Schulterus practicarum qvæstio 71. n. 2. & seqq. part. 2. Arniseus de jure Cnnubiorum cap. 3. scđ. 10. num. 16. & seqq. Heigius part. 1. qvæst. 22. à num. 17. Mollerius lib. 1. se mest. cap. 47. Grave. ad Gailium lib. 2. Conclus. 95. confid. 1. Duarenus ad tit. solum matrimonio cap. 2. Rub. qvomodo nuptiae contrahantur. Besold. Polit. lib. 1. cap. 10. §. 5. n. 38. Reusnerus lib. 1. decif. 2. num. 8. & seqq. Monnerus de matrimonio part. 3. cap. 1. & seqq.

Dissentient Dd. 1. distingventes inter canones veteres & recentiores, ita ut recentiores non requirant consensum antiquiores verò concordent juris civilis sanctioni ita Wesenb. in h. t. n. 4. Rittershusius boo tractatu part. 1. cap. 2. §. sed ut ad jus v. 5. quod si omnina p. 39.

Dissentient Dd. quidam 2. & parentum consensum in nuptiis liberorum exjure Canonico non de necessitate, sed tantum de honestate requirunt, Schneid. Inst. de nuptiis. Hattmannus illustrum qvæst. 9. ubi exploratissimum esse dicit, jure canonico non-exigi consensum patris, requiritur de honestate, non necessitate Gail. 2. Observ. 95. n. 5. Covarruv. in Epitome de matrimonio part. 2. cap. 3. §. 8. n. 1. & 2. Gregorius Tholosanus in partitio: juris Canon. lib. 3. tit. de matrim. 21. c. 3. Canifus in summa juris canonici lib. 2. tit. 10. §. de consenu & in differentiis utriusque juris different. 38.

Rosbach.

Rosbach. hoc tract. lib. 1. tit. 4. n. 5. Gobausen. in periculis Academicis pericl. 6. quæst. 35. & 36. Plures Dd. citantur ab Arniso de Jure Connubio cap. 3. n. 13. & 14.

Dissentient; qui affirmant jura civilia qvoad matrimonium hodie penitus esse abrogata, Phanucus de Phanuciis tractatu de Nuptiis dotis. verbo per mortem num. 35. Cum his convenire 4. vindicentur ii qui statuunt filium fam. absqve patris consensu hodiè matrimonium contrahere posse, idq; certi juris ac planè indubitate esse ex Concilio Tridentino Facchinius lib. 3. controvers. 44. Menobius lib. 4. præsumpt. 189. num 79. & in arbitriis lib. 2. cas. 453. num. 87. Cævallus in Præticiis quæstionibus communibus contra communes quæst. 5. num. 2. & sequenti. Et eò inclinare etiam videtur Bacchovius ad Treutl. vol. 2. disput. 6. th 5. vers. unde quæritur, dum ibi Concilium Tridentinum allegat.

## F I N I S.



**C**Opulat egregiè patrum consensus amantes  
Quo sine non constat nobile conjugium.  
His licet invitit pangant connubia multi,  
Hac tamen infelix exitus inde manet.  
Leges Divina, Natura, Gentium, & omnes  
Civiles, Canonum Sanctio honorat eos.  
Leges & Canones instar fratrumq; sororum  
Conspirant, patrum jura valere volant.

Qui

Lypis JOHANNIS KILLI, AEW. Typogr.

1, 307,  
2 - f6

*Qui procul à patriâ veneratur iura parentum,  
Ille patris, matris laude beatus erit.  
Non male mi T R E P T O V, præsentib[us] quæstio  
curæ est,*

*Dum juvenilis amor desipit, atq[ue] furit.  
Excutit, egressus patriam, retinacula mentis  
Dementatus amans, neve parere cupit.  
Felix, qui secum perpendit iura parentum,  
Cura patrum gnatis prospicit, ergo pare:  
Opemla dedere patres, opemna digna parabit  
Cum patriam repetes, T R E P T O V I A.*

*N A domus.*

*Præcipit affectum gnati pater optimus buncce  
Primum, consensum dum probat ille patris.*

*In honorem Præstantissimi D N. R E-  
S P O N D. Consalini svavissimi  
hæc gōes deproveravit*

*Christianus Woldenbergius  
Phil. J. U. D. & Prof.*











rario adversario reddi, habuerit, vel in quām æquum erat, hunc condemnaverit etum in maiores, sententiâ gravato benefi pellationis competit, l. ult. & ad eam Dd. prov. non est neceſſ. Lanfr. in aur. pract. c. XI. Obs. 22.


## XL.

Silentio prætermittere nolo, an sent per expensis lata sit interlocutoria, an de prius placet Sichard. adl. 16. C. de jud. poste ro d.l. tb. 71. Ego cum Afino §. 32. c. 17. & A 1. §. socius. n. 6. ff. de usur. distinguo, ajens, e sim latam esse interlocutoriam, insertam definitivæ (quod fit ut plurimū) aut ea quentem, hujus nomine insigniendam.

## XLI.

Hactenus pro re natâ explicitum dedimus modo litigator & damnum & impensas lire adversario suo cogatur: sed cum inter oneretur hac refusione, consequens est, ut gamus eos maximè notabiles casus, & quid mo digito quasique per indicem. Effugit gulariter condemnationem incubantem ce calumniatorum is, qui justam litigandi habuit d.l. 78. §. 2. ff. de Legat. It. l. cum 79. ff Nov. 82. c. 10. c. quoniam x. de probat. ne qu statuto simpliciter edicente, à Victo Victori litis esse restituendos, in eos condemnant tiente Baldo ad l. 3. C. de fr. & lit. exp. Zafio ad n. 22. C. de jud. Vmmio disp. ad process. jur. n. 29.

D



eptiones  
ndo Vi-  
non te-  
tut sol-  
e expen-  
cas.

22